


diderint cauffas, nulla tamen curiosae rationi satisfacere vsque quaque possunt.

*De praxi
huius ar-
ticuli.*

§. 60. *Praxis* huius articuli in eo consistit, vt agnoscamus et immensam *DEI* bonitatem, quae angelos nobilissimas creaturas nobis associat, perque eos nobis varia praestat officia. Quapropter eundem indefinenter laudare et celebrare debemus, et diuina iniustitiam in puniendis daemonum peccatis, cum horrore intueri, et, ne in eadem supplicia incidamus, peccata cane peius et angue merito fugere.



PARS II. THEOLOGIAE.

C A P V T VII.

D E

HOMINE IN STATV INTEGRITATIS CONSIDERATO.

§. I.

*Cur hoc
loco de sta-
tu inte-
gritatis
agatur.*

Considerauimus haftenus *DEVM*, tanquam summum bonum et vltimum theologiae finem obiectiuum, de cuius fruitione sub finem huius Compendii dicemus. Nunc sequitur, vt de eius *subiecto* dicamus, cui finis ille comparandus est, qui est *homo*. Quanquam vero

is